




# **Sanctissimi et celeberrimi viris Leonis Pontificis Maximi De Epiphania Salvatoris nostri sermones ...**

<https://hdl.handle.net/1874/342808>

3

**S**anctissimi et celeberrimi  
viri leonis Pontificis maximi de Epiph-  
ania saluatoris nostri sermones elegantissimi  
incipiunt



*Epiphania ipsa vobis dicit et sic et scimus quod e manifestatio vel illata*

**S**anctissimi et celeberrimi viri leonis Pon-  
tificis maximi de Epiphania saluatoris nostri  
sermones elegantissimi incipiunt

*Glauis sciām dilectissimi q̄ sc̄itatem vela-  
trām hōdierne festiuitatis nō lateat caūla  
eamq; sc̄dm consuetudinē euāgeliū nobis  
sermo reseruerit. tñ ut nostri nihil desit  
officiū loqui de eode q̄sod dñs donauerit audebo. vt in  
cōi gaudio tāto religiosior sit oīm pietas. q̄to magis oī  
bus fuerit intellecta solempnitas. Prouidētia namq;  
misericordie dei dispositū h̄is percūti mundo in nouis  
simis t̄pibus subuenire. saluationem oīm gentium pres-  
punctus & m̄ta. q̄ debet  
finiuit in christo. vt quia t̄ cunctas nationes. a veri dei  
cultu impiū dudū error auerterat. t̄ ipse peculiaris dei  
populus israhel ab institutis legalibus pene totus exci-  
derat: cōclusis oībus sub peccato. oīm misereretur. De  
ficiente em̄ vbiq; iusticia. t̄ toto mundo in vana t̄ ma-  
ligna prolapso. nisi iudicium suum potestas diuina dif-  
ferret: uniuersitas hoīm sententiam dāpnatiōis excipe-  
ret. sed in indulgentiā ira translata est. t̄ vt clarior fieri  
exerende gratie magnitudo: tunc placuit abolendis pec-  
catis hoīm sacramētum remissionis afferri. quando ne  
mo poterat de suis meritis gloriari. Huius autem inef-  
fabilis misericordie manifestatio facta est herode apud  
iudeos ius regium tenente. vbi legitima regum successi-  
one cessante. t̄ pontificum potestate destructa. alienige-  
na obtinuit principatum: vt veri regis ortus istius pro-  
phetie probaretur voce que dixerat Non deficiet prin-  
ceps ex iuda: neq; dux de femoribus eius: donec veniat  
eui repositum est t̄ ipse est expectatio gentium. De q̄bus  
quondā beatissimo patriarche abrahe innūerabilis fue-  
rat promissa successio nō carnis lēmine sed fidei secundi-  
tate generanda. t̄ ideo stellarum multitudini compā-  
ra ta. vt ab oīm gentium patre. nō terrena sed celestis pro-*

A ii

genies speraretur. Ad creandam ergo promissam possitatem heredes in sacerdotibus designati. ortu noni sideris excitantur. ut in quo celi fuerat adhibitum testis monium. celi famularetur obsequium. Commouet magos remotores orientis habitatores stellis ceteris stella fulgentior. et de mirandi luminis claritate viriliter hec spectanda non insciij magnitudinem significationis intelligunt. agente hoc sine dubio in eorum cordibus inspiratione diuina. ut eos tante visionis mysterium non lateret. et quod oculis ostendebatur in solitum. animis non esset obscurum. Denique officium suum cum religione disponunt. et his se instrumente donis. ut adoraturi ratione tria se simul credidisse demonstrarent. honorantes auro personam regiam. mirra humanam. thure diuinam. Ingrediuntur itaque iudei regni precipuam ciuitatem. et in urbe regia ostendisibi postulant puerorum quem ad regnandum didicerant procreaturn. Conturbatur herodes. tumet glori sui. metuit potestati. Requirit a sacerdotibus et doctoribus legis. quid de ortu christi scriptura predixerit. in noticiam venit quod fuerat prophetatum. veritas illuminat magos. infidelitas obcecat magistros. Carnalis israhel non intelligit quod legit. non videt quod ostendit. vtitur paginis quarum non credit eloquii. Elbi est iudee gloriatio tua. ubi de abraham patre ducta nobilitas. Nonne circuncisio tua prepuicium facta est. Ecce maior seruis minori. et alienigenis in sorte mea hereditatis in strantibus. eius testamenti quod in sola littera tenes re recitatione familiaris. Intret in patriarcharum familiam gentium plenitudo. et benedictionem in semine abrahe qua se filii carnis abdicat filii pmissiis accipiat. Auctor et intrib' magis oes populi universitat' auctore. et non in iudea tantum deus. sed in toto orbe sit notus ut ubiq' in israhel sit magnum nomen eius. Quoniam hanc electi generis dignitatem. sicut infidelitas in suis posteris conuincit esse degenerem ita fides omnibus fa

3

cit esse communem. Adorato autem domino magi et  
omni deuotione completa. secundum admonitionem  
suum: non codem quo venerant itinere reuertun-  
tur. oportebat enim ut iam in christum credentes non  
per antique conuersationis scientias ambularent. sed  
nonam in gressi viam a derelictis erroribus abstine-  
rent: tamen ut etiam herodis vacuarentur insidie que  
in puerum iesum impietatem doli per simulationem  
disponebat officij. Unde quia spes istius erat solus  
ta commenti: in maiorem furorem iracundia regis ar-  
descit: Nam recolens tempus quod indicauerant  
magi: in omnes bethlehem pueros rabiem crudelita-  
tis effudit: et cede generali vniuersitate ciuitatis illius  
in eternam gloriam transiitram trucidat infantiam  
estimans fore ut nullo illic parvulo non occiso. occides  
retur christus. At ille qui sanguinem suum pro mun-  
di redemptione fundendum in aliam differret etatem  
egipto se parentum ministerio subiectus intulerat. re-  
petens scilicet hebreos gentis antiqua cunabula. et prin-  
cipatus veri ioseph maioris prouidentie potestate dis-  
ponens. ut illam diriorem omni inedia famam. qua ei  
gyptiorum mentes veritatis inopia laborabant. venis-  
ens de celo panis vite. et cibus rationis auferret. nec si  
ne illa regione paretur singulis hostie sacramentum.  
in qua primum occisione agni salutiferum crucis sig-  
num. et pascha domini fuerat preformatum. His igi-  
tur dilectissimi diuine gratie mysteriis cruditi diez pri-  
mitiarum nostrarum et inchoationem vocationis gen-  
tium rationabili gaudio celebremus gratias agentes  
misericordi deo qui dignos nos fecit. sicut ait apostolus  
in patrem sortis sanctorum in lumine. qui eripuit nos  
de potestate tenebrarum et transluxit in regnum filii dilec-  
tionis sue. quoniam sicut prophetauit ysaia. Po-  
pulus gentium qui sedebat in tenebris vidit lucem ma-  
gnam. et qui habitabant in regione umbre mortis: lux or-

A iii

*prole*  
ta est eis de quibus idem dicit ad dominum. ḡetes que  
te nō nouerūt iuocabāt tēt ppl' i q̄ te nesciebāt ad tec̄  
fugient. Hunc diem abraham vidit et gauisus est. cu  
benedicendos fidei sue filios in semine suo quod ē chri  
stus agnouit. et omnium se futurū gentiū patrem cre  
dendo prospexit. dans gloriam deo et plenissime sciens  
quoniam quod promisit potens est et facere. Hunc  
diem dauid canebat in psalmo: Omnes gentes quas  
cunq; fecisti. venient et adorabunt coram te domine et  
glorificabunt nomen tuum. Et illud. notum fecit do  
minus salutare sum. ante conspectum gentium reuelata  
uit iusticiam suam. Quod utiq; exinde fieri nouius  
ex quo tres magos de longinquo sue regionis excita  
tos ad cognoscendum et adorandum regem celi et terre  
stella perduxit. et recte intuentibus cotidie non desinit  
apparere. Et si potuit notum facere in infancia chri  
stum latenter. quanto magis potest eundem manifes  
tare in maiestate regnante. cuius utiq; famulatus ad  
formam nos sui hortatur obsequij. ut huic gratie que  
omnes inuitat ad christum quantum possumus serua  
mus. quicumq; enim in ecclesia pie vīnit et caste. et qui  
ea que sursum sunt sapit. non que super terram. cele  
stis quodammodo instar est luminis. Et dum ipse san  
cte vite nitorem seruat. multis viam ad dominum qua  
si stella demonstrat. in quo studio dilectissimi omnes  
vobis inuicem prodesse debet is. ut in regno dei ad qd  
recta fide et bonis operibus peruenitur: sicut lucis filii  
splendeatis per christum dominum nostrum Amen

Elstum et rationabile dilectissimi vere pie  
tatis obsequium est. in diebus qui misericor  
die opera protestantur toto corde gaudere. et honorifi  
ce ea que ad salutem nostram gesta sunt celebrare. voca  
te nos ad hanc deuotionem ipsa recurrentium tempo  
rum lege. que nobis post dies i quo coeternus patri si

<sup>47c</sup>  
Ius dei natus ex virgine est breui interuerso epiphany  
me intulit festum. ex apparitione domini consecratum  
in quo fidei nostre magnum presidium prouidentia di-  
uina constituit: ut dum solemnii veneratione recolitur  
adorata in exordiis suis saluatoris infantia per ipsa  
originalia documenta probaretur veri in ipso hominis  
orta natura. hoc est enim quod iustificat impios hoc est quod  
ex peccatoribus facit sanctos. si in uno eodemque domi-  
no iesu christo et vera deitas et vera creditur humani-  
tas. deitas qua ante omnia secula in forma dei equalis  
est patri humanitas qua nouissimis diebus in forma  
serui uitius est homini. Ad roborandam ergo hanc  
fidem que contra omnes pronunciabatur errores. ex  
magna factum est diuum pietate consilij. ut gens que  
in longinqua orientalis plage regione siderum arte pol-  
lebat. signum natu pueri. qui super omnem israhel esset  
regnaturus acciperet. Noua etenim claritas apud  
magos stelle illustrioris apparuit. et intuentium ani-  
mos ita admiratioe sui splendoris impleuit. ut nequaquam  
sibi crederent negligendum. quod tanto nuncia-  
batur iudicio: preerat autem sicut res docuit huic mira-  
culo gratia dei. et cum christi nativitate nec ipsa adhuc  
bethlehem tota didicisset. iam illam credituris gentibus  
inferebat. Et quod nondum poterat humano eloquio  
disserti. celo faciebat euangelisante cognosci. Quamvis  
autem diuine dignationis esset hoc munus ut cognosse  
cibilis gentibus fieret nativitas saluatoris. ad intelli-  
gendum tamen miraculum signi potuerunt magi etiam  
de antiquis balaam prenunciationibus commoue-  
ri: scientes olim esse predictum et celebri memoria diffa-  
matum. Orientur stella ex iacob et exurget homo ex  
israhel et dominabitur gentium. Tres itaque viri ful-  
goe insoliti syderis diuinitus incitati premium mihi can-  
tis lumines cursum sequuntur. estimantes se significatis  
sibi puerum iherosolimis in civitate regia repertu-

*Itinerarium et responsum*

ros. Sed cum eos hec opinio fefelleret, per iudeorum  
scribas atq; doctores quid sacra de ortu christi prenun-  
ciauerat scripture didicerunt. ut genuino testimonio  
confirmati, ardenter fide expeterent quez t stelle cla-  
ritas, t propheticamente manifestabat auctoritas; prolatu  
tem diuino oraculo per responsa pontificum t declara-  
ta spiritus voce qua dicit. t tu betlehem terra iuda no  
es minima in principibus iuda. ex te enim exiit dux q  
regat populum meum israel. quam facile t quam co-  
sequens fuit. ut hebreorum proceres crederent quod  
docebant. Sed apparebat illis carnaliter cum herode  
sapuisse. t regnum christi commune cum huius mundi  
potestatis estimassem. ut tisti temporalem sperarēt  
ducem. t terrenum metueret ille consortem. Super  
fluo herodes timore turbaris. t frustra in suspectum  
tibi puerum sequire moliris. Non capit christum re-  
gio tua nec mundi dominus potestatis tue septri est  
contentus angustijs. quem in iudea regnare non vis  
vbiqui regnat. t felicius ipse regnares si eius imperio  
subdereris. Cur sincero officio non facis quod sub-  
dolo falsitatis promittas. Dergecum magis. t ve-  
rum regem simpliciter adorando venerare. Sed tu  
iudaice sectator cecitatis. non imitaris gentium fidem  
corq; peruersum ad crudeles conuertis insidias. nec il-  
lum occisurus quem metuis. nec illis nociturus quos  
perimus. Deducti igitur dilectissimi in betlehem ma-  
gi stelle precedentis obsequio gaudio gaui sunt magi-  
no valde. sicut euangelista narrauit. t intrates domum in-  
uenierunt puerum cum maria matre eius. t peridentes ad-  
rauerunt eum. Et apertis thesauris suis obtulerunt ei mu-  
nera autibus t mirra. O pfecte scie mirabile fide quā  
nō terrena sapia erudiuit s; spūs scūs istituit. Unū em  
hi viri cū pficiscerēt e patria qui nondum viderant ie-  
sum ne calquo coniunctu eiusq; eum tam ordinate evenie-  
rarent aduerterant hanc deferendorum numerū ser-  
uauere rōem. nisi q; ppter illā stelle specie q; corporiū ici-

tauit obtutum fulgētior veritatis radius. eorum cor-  
da pdocuit. ut priusqz labores itineris inchoarent cum  
sibi significari intelligerent cui in auro regius honor in  
thure diuina veneratio. in mirra mortalitatis cōfessio  
deberetur. Et hoc quidem quantum ad illuminationē  
fidei pertinebat; potuerūt illis credita. et intellecta suffi-  
cere. ut corporali intuitu non inquirerent. quod plenis  
simō visu mentis inspexerant. sed diligentia sagacis of-  
ficij vslqz ad vidēndū deūm puerum perseverans. fu-  
turi temporis populis et nostri seculi hominibus serui-  
ebat. ut sicut omnibus nobis profuit: qz post resurrec-  
tionem domini vestigia vulnerum in carne eius thome  
apostoli explorauit manus: ita ad nostram quoqz utili-  
tatem proficeret. qz infantiam ipsius magorum proba-  
uit aspectus. Gliderunt itaqz magi et adorauerunt pu-  
erum de tribu iuda de semine dauid secundum carnem.  
factum ex muliere: factum sub lege. quam non soluere  
venerat sed implere viderunt et adorauerunt puerum.  
quantitate parvulū. aliene opis indignum. fandi impo-  
tentem. et in nullo ab humane infante generalitate dis-  
similem quia sicut fidelia erant testimonia que in eo ma-  
iestatem inuisibilis diuinitatis afferent. ita probatis-  
simum esse decebat verbuz carnem esse factum. et sempi-  
ternam illam essentiam filij dei hominis veram susce-  
pisse naturam. ne vel ineffabilium operum secutura mi-  
racula vel excipendarum supplicia passionum. sacra-  
mentum fidei ex rerum diversitate turbarent cum iusti-  
ficati omnino non possent: nisi qui dominum iesum et  
verum deum et verum hominem creditissent. Huic sin-  
gulari fidei dilectissimi et predicate per omnia secula ve-  
ritati diabolica manicheorum resistit impietas qui sibi  
ad interficiendas deceptorum animas nephandi dog-  
matis ferae commentum de sacrilegis et fabulosis mē-  
dacijs texuerunt. et per has insanarum opinionum rui-  
nas. coulqz precipites prouerunt. ut sibi falsi corporis  
fingerent christum. qui nihil in se solidum: nihil verum

*E*fficiens p[ro]p[ter]e yobete  
esse et sic d[icitur] s[ecundu]m s[an]ctu[m] p[er]sona[m]  
tua p[ro]p[ter]e De[us] oculis hominum actibusq[ue] prebuerit. sed simulare car-  
p[ro]p[ter]e sp[iritu]l[is] p[ro]p[ter]e n[on] vacuam ymaginem demonstrarit. Indignum em[er]it  
et operationes illius videri volunt ut credatur deus dei filius feminis se in  
c[on]tra tuba und[us] p[ro]p[ter]e n[on] possit  
q[ui] p[ro]p[ter]e

*L*ux D[omi]ni n[ost]ri  
e[st] lumen s[an]ctu[m] s[ecundu]m  
et lux p[ro]p[ter]e d[icitur] a corpore  
lumen n[ost]ri  
lumen in ea  
d[icitur] q[ui] p[ro]p[ter]e lumen  
de corpore  
lumen et p[ro]p[ter]e  
lumen ad p[ro]p[ter]e  
colorib[us] ad p[ro]p[ter]e  
sime lumen et

oculis hominum actibusq[ue] prebuerit. sed simulare car-  
p[ro]p[ter]e sp[iritu]l[is] p[ro]p[ter]e n[on] vacuam ymaginem demonstrarit. Indignum em[er]it  
et operationes illius videri volunt ut credatur deus dei filius feminis se in  
c[on]tra tuba und[us] p[ro]p[ter]e n[on] possit  
q[ui] p[ro]p[ter]e  
nec radiorum solis nitorem. quem corpoream creaturā obsecru-  
esse non dubium est. loca vlla sordentia vel scindola conserba-  
runt. quid illius semperne et incorporeelucis es-  
sentiam potuit qualibet sui qualitate polluere. que se ei  
quam ad imaginem suam condidit. sociando creature  
purificationem prestitit. maculam non recepit. et sic sa-  
nauit vulnera iniquitatis ut nulla pateretur damna  
virtutis. Quod diuine pietatis magnum et ineffabile  
sacramentum quia omnibus sanctarum scripturarum  
est testificationibus nunciatum. isti de quib[us] loquimur  
aduersarij veritatis. legem per moysen datam. et inspi-  
rata diuinis prophetarum oracula respuerunt. ipsas  
q[ue] euangelicas et apostolicas paginas quedam auferen-  
do. et quedam inserendo violauerunt. confingentes si-  
bi sub apostolorum nominibus et verbis ipsius saluato-  
ris multa velamina falsitatis. quibus erroris sui com-  
menta munirent et decipiendorum mentibus mortife-  
rum virus infunderent. videbant enim sibi vniuersa  
obsistere. omnia reclamare. et non solum nouo: sed etiaz  
veteri testamento sacrilege impietatis sue dementiam  
confutari. Et tamen in furiosis mendacib[us] persistentes  
ecclesiam dei deceptionibus suis per turbare non desis-  
nunt. hoc miseris quos illaqueare potuerunt suadentes  
ut negent a d[omi]no iesu christo humanam naturam vere es-  
se suscep[t]am. negent vere eum pro mundi salute crucifi-  
xum. negent de eius latere lancea vulnerato sanguine  
redemptionis et aquā fluxisse baptismatis negent eū se

pultum. ac die tertio suscitatum. negent eum in conspe  
ctu discipulorum ad consedendum in dextra patris su  
per omnes celoz altitudines eleuatum ut tota aposto  
lici symboli veritate sublata nullus metus terreat ini  
pios. nul lam spes incitet sanctos. negent in christo vi  
uos et mortuos iudicandos ut quos tantorum sacra  
mentorum virtute priuarint. doceant in sole et lunac  
lere christum et sub nomine spiritus sancti. ipsum talium  
impietatum magistrum adorare manicheum. Sic con  
firmando igitur dilectissimi corda vestra infide et chari  
tate. proslit omnibus hodierna festuuitas ut ex testimo  
niq manifestate saluatoris infantie confessio catholica  
finiatur. et nature nostre carnem in christo negantum  
anathematisetur impietas De qua nos ibo et aplus non  
dubio sermone premonuit dicens Omnis spiritus qui  
confitetur christum ihesum in carne venisse ex deo est.  
Et omnis spiritus qui solvit iesum ex deo non est. et hic est  
antichristus. Nihil ergo cum huismodi hominibus  
commune sit cuique christiano nulla cum talibus habeat  
tur societas nullumque consortium. proslit vniuerse eccl  
sie quod multi ipsorum dominomiser ante detecti sunt. et in  
quibus sacrilegiis viuerent. corundem confessione pas  
tefactum est. Neminem fallant discretionibus ciborum  
sordibus vestium. vultuumque palloribus non sunt cas  
ta ieunia que non de ratione veniunt continentie sed  
de arte fallacie. hactenus noctuerunt incautis hactenus  
illuserunt imperitis post hoc nullius excusabilis erit la  
psus. Non iam simplex habendus est. sed valde nequa  
toque peruersus. qui deinceps repertus fuerit nefando  
obstrictus errore Ecclesiasticum sane et diuinum insti  
tutum non solum non inhibemus: sed etiam incitam  
affectum. ut etiam protalibus nobiscum domino sup  
plicetis. quoniam et nos deceptarum animarum ruinas  
cum fletu et merore miseramur exequentes apostolice pi  
etatis exemplum ut cum infirmantibus infirmemur et  
cum fientibus desfleamus. speramus enim ei oranda mi

¶ manichei sunt magi  
¶ docuit adorat dicit  
¶ sole et luna

¶ matrem et secundum  
¶ ratio et pan  
¶ antea causa et quod  
¶ ecclesia potest om  
¶ regatur

¶ primaria magia

*Liber de laude et misericordia dei*  
sericordiam dei multis lachrymis et legitima satisfac-  
tione lapsorum, quia dum in hoc corpore viuitur: nul-  
lius desperanda reparatio. et omnium est optanda cor-  
rectio. auxiliante domino que erigit elisos. solvit com-  
peditos. illuminat cecos. cui est honor et gloria in secu-  
la seculorum. **A M E M**

*Manuscript notes:*  
In man. 2<sup>a</sup> apud 2<sup>o</sup> dicitur  
autem dei apud 2<sup>o</sup> dicitur  
autem apud 2<sup>o</sup> dicitur  
obligato apud 2<sup>o</sup> dicitur  
venerabilem apud 2<sup>o</sup> dicitur  
de aliis apud 2<sup>o</sup> dicitur  
in man. 2<sup>a</sup> apud 2<sup>o</sup> dicitur  
illarum  
  
In man. 2<sup>a</sup> apud 2<sup>o</sup> dicitur  
gloriosissimum apud 2<sup>o</sup> dicitur  
et magna misericordia

**O**dier nam festivitatem dilectissimi appari-  
tio domini et salvatoris nostri sicut nostis il-  
lustrat et hic ille est dies quo ad cognoscendū  
adorandumque dei filium tres magos precua  
stella perduxerunt facili memoriaque merito placuit ho-  
nore anno celebrari. ut dum euangelica historia incel-  
sabiliter recenseretur. semper se intelligentium sensib<sup>z</sup> in-  
ferat salutis eum per insigne miraculum. precesserant  
quidem multa documenta que corpoream nativitatem  
domini manifestaque iudicis declararent: siue cum beata  
maria virgo secundandam se de spiritu sancto paritus  
ramque filium dei audiuit et credidit. siue cum ad saluta-  
tionem ipsius in utero elisabeth nondum natus iohan-  
nes prophetica exultatione commotus est quasi etiaz  
intra matris viscera iam clamaret. Ecce agnus dei ec-  
ce qui tollit peccata mundi. vel cum ortum domini an-  
gelo nunciante pastores celestis exercitus sunt claritas  
te circundati. ut non ambigerent de maiestate pueri  
quem erant in presepe visuri. nec putarent quoniam sola na-  
tura hominis esset editus. cui superne milicie famulare  
tur occursus: Sed hec atque alia huiusmodi. paucis  
tunc videntur innotuisse personis. que vel ad cognacio-  
nem marie virginis vel ad sancti ioseph familiam perti-  
nebat. Hoc autem signum quod magos in longinus  
quo positos et efficaciter mouit. et ad dominum iesum  
preferenter attraxit. illius sine dubio gratie sacramen-  
tu. et illi vocatis ex ordinu: qua non in iudea tamen s<sup>z</sup>  
erit in toto mundo Christi erat euangelium predicandum. ut pistā  
stellā quod magos visui splenduit israhelitaz pro oculū nō re-  
quie manus pati et aperte filio misericordia  
presente fūtū istud.

fulsit. illuminatio significata sit gentium et cecitas et in  
deorum. Permanet igitur dilectissimi sicut euidenter  
apparet multorum forma gestorum. et quod ymagine  
iuncto abatur. veritate completur. Radiat namque celo  
stella per gratiam. et tres reges consuacione euangelici  
fulgoris acciti. in omnibus cotidie nationibus. ad ador-  
randam infantiam summi regis accurunt. Herodes  
quocum in tabolo fremit et auferri sibi iniquitatis sue re-  
gnuni. in his qui ad christum transeunt ingemiscit. vn-  
de si paruulos interficiat. ielum sibi videtur occidere.

Quod viri facere sine cessatione molitur dum primor-  
dii rehatorum spiritum sauctum eripere. et quendam  
tenere fidei velut infantiam temptat extingueare Iudei  
vero qui extra regnum christi esse voluerunt: adhuc  
quodammodo sub herodis sunt principatur et dominia  
et sibi saluatoris inimico alienigena seruunt potestati  
quasi nesciant prophetatum dicente iacob Non defici  
et princeps ex iuda et dux de seminibus eius donec veni-  
at cui reposita sunt. et ipse est expectatio gentium. Sed  
nondum intelligunt quod negare non possunt. et mens-  
te non capiunt quod scripturarum narratione noue-  
runt. quoniam insanis magistris veritas scandalum est  
et cecis doctoribus fit caligo quod lumen est. Respon-  
dent itaque interrogati quoniam in bethlehem nascitur christus  
et scientiam suam qua alios instruunt non sequuntur.  
Perdidierunt igitur successionem regum. placationem  
hostiarum: locum supplicationum ordinem sacerdotum  
Et cum omnia sibi clausa. omnia experiantur esse finita  
non vident ea in christum esse translatas: Unde quod il-  
li tres viri universarum gentium personam gerentes:  
adorato domino sunt adepti: hoc in populis suis perfi-  
dem: que iustificat impios totus mundus assequitur  
Et hereditatem domini ante secula prepararam accipi-  
unt adoptiu. et perdunt qui videbantur esse legitimi  
Resipisce tandem iudee resipisce: et ad redemptorem es-  
tiam tuum deposita infidelitate conuertere Moli sceleris

*detet*  
ris tui inhumanitate terrori. non iustos christus sed pec-  
tatores vocat. nec inpietatem tuam repellit: qui pro te  
cum crucifixus esset oravit. Immitem crudelius patrum  
tuorum sole sententiam. neq; te eorum maledicco pa-  
tiaris obstringi. qui clamantes de christo sanguis eius  
super nos & super filios nostros. facinus in te sui crimi-  
nis transfigerunt. Redite ad misericordes utimini  
clementia remittentis. Seuicia enim vestre iniquita-  
tis conuersa est in causam salutis vinit quem perire vo-  
lueritis. confitemini negatum: adorate venditum ut vo-  
bis benignitas illius prospicit. cui vestra malignitas no-  
cere non potuit. Quod ergo ad verum dilectissimi pa-  
tinet caritatem. quam etiam inimicis nostris ex domi-  
nica eruditissime debemus & operandum nobis est et stu-  
dendum ut hic populus qui ab illa spiritali patrum no-  
bilitate defecit: ramis sue arboris inseratur. Multum  
enim nos deo benivolentia ista commendat quia ideo  
delictum illorum nobis misericordie locum fecit. ut eos ad  
emulationem salutis recipiende fides nostra reuocaret  
nam vitam piorum non sibi solum. sed etiam aliis esse  
utilem decet ut quod apud eos agi non potest verbis  
obtineatur exemplis. Considerantes itaque dilectissimi  
ineffabilem erga nos diuinorum numerum largitatem.  
cooperatores sumus gratiae dei operantis in nobis. non  
enim dormientibus prouident regnum celorum. nec otio-  
desidiaque torpentibus beatitudo eterna ingeritur. sed  
quia sicut apostolus ait. si compatimur & conglorifica-  
bimus illa nobis currenda est via. quam ipse dominus  
se esse testatus est. que nobis nullis operum meritis sus-  
fragantibus. & sacramento consuluit et exemplo. ut in  
adoptionem vocatos per illud pronicheret ad salutem  
per hoc imbueret ad laborem. hic labor autem dilectissi-  
mi p̄ijs filij & bonis seruis non solū nec asper nec onero-  
sus. sed etiam suavis & leuis est dicente domino. Elen-  
te ad me omnen qui laboratis & onerati estis: & ego refi-  
ciam vos. tollite iugum meum super vos & discite a me  
quia mitis sum & bu milis corde. & inuenietis requiem  
*et quod autem fecit glorias patere quod in his iugis*

animabus vestris. ingum enim meum suave est et onus  
meum leue. Nihil enim dilectissimi arduum est humi-  
libus. nihil asperius mitibus. et facile omnia preceptave-  
num in effectum: quando gratia pretendit auxilium. et  
obedientia moltit imperium. Intonante enim cotidie  
auribus nostris eloquio dei. omnis homo quid diuine  
iusticie placeat scire conuincitur. sed quia iudicium illud  
quo unusquisque recipiet prout gessit sine bonis sine ma-  
lum iudicatur patientia et benignitate differtur impun-  
itatatem sibi iniquitatis corda fidelium promittunt. et  
putant humanorum actuum qualitates. ad diuine pro-  
videntie non pertinere censuram. quasi non evidentissi-  
mis plerisque supplicijs male gesta plectantur aut non  
sepe se celestium comminationum terror ostendat. qui  
bus utique et tides monetur. et infidelitas increpatur.

Inter hec autem permanet super omnes benignitas dei  
et nulli misericordiam suam denegat cum indiscretive  
uersis bona multa largitur. eosque quos merito subderet  
penitus inuitare beneficij. Dilatio enim vindic-  
te dat locum penitentie. non tamen dici potest nulla ibi  
est ulcio. ubi nulla conuersio est. quia mens dura et in-  
grata iam sibi ipsi supplicium est. et in conscientia sua pa-  
titur. quicquid dei bonitate differtur. Non ita igitur  
delinquentes peccata delectent ut illos in suis actibus  
vite huic finis innueniat. quoniam nulla correctio est  
in inferno. nec datur remedium satisfactionis: ubi iam  
non superest actio voluntatis. dicente propheta dauid.  
Quoniam non est in morte quod me sit tu. in inferno atque  
proferbis tibi. fugiant noxie voluntates: umica gaudia. et  
desideria latentes pictura. Quis fructus est que utilitas. ea in  
desinenter cupet. quod etiam si non deserat deserenda sit. Amor re-  
turn deficitum ad icorruptibilia traherat. et ad sublimia  
vocat animus celestibus delectet. Confirmare amicicias cum  
scis angelum iterate in civitate dei cuius nobis spondetur habi-  
tatio et patriarchis prophetis apostolis martiribus so-  
ciari vnde et illi gaudent. in gaudete horum dimitias percupisci

ad opem ad instar fabri carnae. **B** **H**  
amicis

*Calvulus*  
Refugia dicitur  
Vobis que sunt scripturae  
in legacione  
re emulor fieri invita  
Ex agno vero et ergo est  
In ecclesiis

te et per bonam emulationem ad ipsorum ambitus suffragia. Cum quibus enim vobis fuerit consortium deuotionis. erit et communio dignitatis. Dum itaque tempus vobis ad mandata domini exequenda conceditur. glorificate deum in corpore vestro. et lucete delectissimi sicut luminaria in hoc mundo. sint lucerne mentium vestiarum semper ardentes. et nihil resideat in vestris corporibus tenebrosum. quoniam sicut ait apostolus Fuitis aliquando tenebre: nunc autem lux in domino. Implicanturque in vobis que in trium magorum ymagine precesserunt. Et sic luceat lumen vestrum coram hominibus: ut videntes opera vestra bona. magnificent patrem vestrum qui in celis est. Sicut enim magnum pectatum est: cum inter gentes propter malos christianos nomen domini blasphematur. ita magnum pietatis est meritum cum eidem in sancta seruorum suorum conuersatione benedicetur. cui est gloria in secula seculorum.

*Petensare narrat et  
marc scripto et ut quid  
scrupulis hinc*

Jesus dilectissimi quo primum gentibus salvator mundi christus apparuit. sacro nobis honore venerandus est: et illa hodie cordibus vestris concipienda sunt gaudia: que in trium magorum fuere pectoribus: quando regem celi et terre signo et duc tu nomi sideris incitati: quem crediderant promissum adorauere conspicuum: nec enim ita ille emensus est dies ut virtus operis quem nunc est reuelata transierit: nihilque ad nos nisi rei geste fama peruenierit: quam fides susciperet: et memoria celebraret. cum multiplicato munere dei etiam nostra cotidie experiantur tempora quicquid illa habuere primordia. Quamuis ergo narratio euangelice lectiois illos proprie recensuerat dies: in quibus tres viri quos nec prophetica predicatio docuerat nec testificatio legis instruxerat. ad cognoscendum deum a remotissima orientis parte venerunt. hoc idem tam et manifestius nunc et copiosius fieri non omnium vocatorum illuminatione perspicimus quoniam impletus propter quatuor gradus ordinis omnes filii ordinis numeri et sequentes respectu divisione non variant ordinem quoniam secundum d' ordinis alios similiter ordinem quoniam dicitur omnes alios sic de posteriori et incedere in dicitur.

*manifestans potestas*  
phecia ysaie dicentis *Reuelavit dominus brachium san-*  
*ctum suum in conspectu gentium t' viderunt omnes ge-*  
*tes salutem que a domino deo nostro est. et iterum: qui*  
*bis non est annunciatum de eo videbunt: et que non au-*  
*dierunt intelligent. unde cum homines mundane sapi-*  
*entie deditos. et a iesu christi confessione longinquis de*  
*profundo sui erroris educi. et ad cognitionem veri lumi-*  
*nis cernimus aduocari. diuine proculdubio gratie splé-*  
*dor operatur et quicquid in cordibus tenebrolis nouelis*  
*apparet. de eiusdem stelle radijs micat. ut mentes*  
*quas suo fulgore contigerit et miraculo moneat et ad de-*  
*um adorandum preceudo perdueat. Sietiam sollicito*  
*intellectu velimus aspicere quomodo etiam triplex illa*  
*species munerum ab omnibus qui ad christum gressu fi-*  
*dei veniunt offeratur. nonne in cordibus recte creden-*  
*tia eadē celebrat oblatio. *Aurum emi de thesauro animi*  
*sui promit qui ielum christum regem universitatis ag-*  
*noscit. *Et promere utrue* *auram offert qui unigenitum dei credit vera Deo sacrificia prou-*  
*sibi hominis vniuers naturam. et quodam cum thure vesit. *Duo et la pueris*  
*ceratur qui in nullo ipsum paterne maiestatis imparē*  
*confiretur. His comparationibus dilectissimi diligenter inspectis. inuenimus etiam herodis non deesse per-*  
*sonam. cuius ipse diabolus sicut tuncfuit occultus in-*  
*tentor. ita nunc quoqz indecessus est imitator. Crucia-*  
*tur enim vocatione gentiuz. et cotidiana potestatis sue*  
*destructione torquetur. Dolens ubiqz se deseri. et verū*  
*regem in omnibus locis adorari. parat fraudes. singit*  
*dissensiones. erumpit in cedes. et vt reliquijs eorum qz*  
*adhuc fallit vtatur inuidia vritur. in iudeis simulacra*  
*insidiatur in hereticis. scuicia accenditur in paganis.*  
*Elidet enim insuperabilem esse potentiam regis eter-*  
*nicius mors ipsius vim mortis extinxerit: et ideo co-*  
*tam nocendi artem in eos qui vero regis famulantur ar-*  
*mavit. alios per inflammationem scientie legalis obdu-*  
*rans alios per false fidei commenta deprauans. alios*  
*vero in furorem persecutionis instigans. Sed hanc be-****

B in

*zaboh. 2 Jan 2*  
rodis istius rabiem ille vincit. qui etiam parulos mar-  
tirij gloria coronauit. et fidelibus suis tam invictam ins-  
didit caritatem ut apostoli verbis audeant dicere.  
*temppestas a vno*  
*l' p' sedat m'*  
*m' d' alio q' tunc*  
*trans q' f'ada*  
Quis nos separabit a caritate christi: tribulatio an ans-  
gustia: an persecutio: an fames: an nuditas: an periculus:  
an gladius sicut est scriptum. Quia propter te moxi-  
ficamur tota die estimati sumus sicut oves occasionis  
sed in his omnibus superaramus: propter eum qui dilerit  
nos. Hanc fortitudinem dilectissimi: non illis tantum  
temporibus necessariam credimus fuisse: quibus reges  
mundi et omnes seculi potestates cruenta impetrare in  
dei populum serviebant: cuius ad maximam pertinere glo-  
riam suam vicerent: si de terris nomen christianum au-  
ferent: nescientes ecclesiam dei per furem sue crudeli-  
tatis augeri. quoniam in supplicijs et mortibus bea-  
torum martyrum qui putabantur minimi numero mul-  
tiplicabantur exemplo. Denique fidei nostre tantum co-  
tulit impugnatio persequientium et nihil magis ornet  
regium principatum. quodq' domini mundi membra sunt  
christi: nec tam gloriantur q' imperio genitiq' gaudent  
q' in baptismate sunt renati. Sed quia tempestas pri-  
oruz turbimum conqueuit. et duduiz cessantibus praelijs  
quedam videtur arridere tranquilitas. vigilanter caue-  
da sunt illa discrimina que otio ipsius pacis oriuntur.  
Idversarius enim qui in apertis inefficax persecutio-  
nibus fuit tecta nocendi arte deseuinxit quos non perculit  
ictu afflictionis lapsu destriat voluptatis. Evidens ita  
q' resistere sibi principum fidem. et vnius deitatis inse-  
perabilem trinitatem non segnius in palacijs q' in ecclesi-  
sis adorari. interdictam soleat christiani sanguinis fusio-  
nem. et quorum obtinere non potest morte. impedit mo-  
res. Terrorum prescriptionum in auaricie mutat in-  
cendium. et quos damnis non fregit cupiditate corrum-  
pit. Malignitas enim longinquuo usu propria imbuta  
nequitia non depositum odium. sed vertit ingenium quo  
sibi mentes fidelium blandius subdat: inflamat em' con-

10

cupiscentijs. quos non potest vexare tormentis. *Serit*  
discordias. accendit iras. incitat singulas. Et neq; illis  
citis dolis cautiora corda se renocent. consummandoz  
scelerum ingerit facultates: quia illi tocius fraudis hic  
fructus est. ut qui immolatione pecudum et thuris in-  
censione non colitur: quibuslibet ei criminibus seruitur.  
*Habet* igitur dilectissimi pax nostra pericula sua.  
et frustra de fidei libertate securi sunt. qui viciorum des-  
iderijs non resistunt: cor hominum de operum ostens-  
bitur qualitate: et formas mentium species detegit acti-  
onum. Nam sunt quidam sicut ait apostolus qui deum  
proficitur se scire. factis autem negant: vere enim rea-  
tus negatione incurritur: quanto boni quod in sono  
vocis auditur in conscientia non habetur: fragilitas ei  
conditionis humanae facile in delicta prolabitur: et quia  
nullum sine delectatione peccatum est: cito acquiescitur  
deceptioe voluptati. *Sed a carnalibus desiderijs re-*  
*curreatur ad spiritale presidium.* et mens habens notici-  
am dei sui a consilijs se male suasi hostis auertat. prosit  
illi patientia dei nec ideo delinquendi pertinacia nutrita-  
tur. quia vindicta differtur. Non sit peccator de im-  
punitate securus/ quia si tempus penitentie amiserit lo-  
cum indulgentie non habebit. dicente propheta: *Quia*  
*non est in morte qui memor sit tuus in inferno autem quis*  
*confitebitur tibi.* Qui autem sibi correctionis repar-  
tionem experitur esse difficultem. confugiet ad auxiliani-  
tis de clementiam: et vincula male coniuncti ab il-  
lo poscat abrumpi qui alleuat omnes qui corruiunt: et eri-  
git omnes elisos. *Non erit vacua conscientis oratio quoniam*  
*misericors deus voluntate timentium se faciet et dabit quod*  
*petitur. quod dedit unde petere.* Per dominum nostrum iesum  
christum viuentem regnante cum preci et spiritu sancto insculpta scriptura

A O E M

Erum memoria ab humani genis saluatore  
gestarum. magna nobis dilectissimi conforta utili-  
tatem. si quod veneramur credita. suscipiagi imitanda. In dis-

*propositum fuit hunc libellum  
anno 1500 iuxta diebus  
principales*

*Dicitur etiam auctor ad  
magis in pueris et  
2 menses*

pensionibus enim sacramentorum christi et virtutes  
sunt gratie et incitamenta doctrine ut quem confitemur  
fidei spiritu. operum quoque sequamur exemplo. Nam  
etiam ipsa primordia que dei filius per matrem virginem  
nascendo suscepit. ad proiectum nos pietatis instituit  
simil enim apparet cordibus rectis in una eademque per  
sona et humana humilitas. et diuina maiestas. Quem  
cune testantur infantem. celum et celestia suum loquun  
tur auctorem. puer corporis parui. dominus et rector est  
mundi: et genitricis gremio continetur. qui nullo fine  
concluditur. Sed in his nostrorum vulnerum est cura  
ratio et nostre delectionis erectio. Quia nisi in unam  
tanta diuersitas conueniret. reconciliari deo natura hu  
mana non posset. legem ergo viuendi remedia nobis no  
stra sanxerunt. Et inde data est moribus forma. unde  
mortuis est impensa medicina: nec immerito. cum tres  
magos adoranduz iesum noui syderis claritas deduxis  
set. non eum imperantem demonibus: non mortuos  
fuscantem. nec cecis vilum. aut claudis gressum. aut  
mutis eloquium reformantem vel in aliqua diuinaruz  
virtutum actione viderunt: sed puerum silentem. que  
cum: et sub matris sollicitudine constitutum: In quo  
nullum quidem apparet de potestate signum. sed mag  
num preberatur de humilitate miraculum. Ipsa itaque spe  
cies sacre infantie cui se deus dei filius aptarat predica  
tionem auribus intimandam oculis ingerebat. et quod  
ad huc vocis non proferebat sonus: visionis iam doce  
bat effectus. tota enim vita saluatoris: querit diabolum  
superavit et mundum: humilitate est concepta: humili  
tate est perfecta. Dispositos dies sub persecutione fini  
vit. nec puer tolerantia passionis. nec passuro defuit  
mansuetudo puerilis quia unigenitus dei sub una ma  
iestatis sue inclinatione suscepit ut homo vellet nasci et  
ab hominibus posset occidi. Si igitur omnipotens de  
us causam nostram nimis malam humilitatis privile  
gio bonam fecit: et ideo destruxit mortem et mortis auc

*autem  
B. annis post circa  
tunc ubi dicitur magis  
to 20. fo*

torem quia omnia que persecutores intulere non ren-  
nuit sed obediens patri crudelitates scilicet inmitis  
simi leuitate tolerauit. quantum nos humiles. quanto  
tum oportet nos esse patientes qui si quid laboris inci-  
dimus: nunquam sine nostro merito sustinemus  
Quis enim ut sapientissimus testatur salomon glori-  
abitur castum se habere cor aut mundum se esse a pec-  
cato: et dicente beatissimo Iohanne: Si dixerimus  
quia peccatum non habemus: nosmetipso seducimur  
et veritas nulla est in nobis: Quis enim inuenitur  
in tantum immunis a peccato sive a culpa. ut in eo non  
habeat vel iusticia quod arguat vel ipsa misericordia  
quod remittat: Unde tota dilectissimi christiane sa-  
cientie disciplina: non in habundantia verbi: non in  
astutia disputandi: neque etiam in appetitu laudis et  
glorie: sed in vera domini humilitate et voluntaria co-  
sistit: quam dominus iesus christus ab utero matris  
usque ad supplicium crucis pro omni fortitudine et ele-  
git et docuit. nam cum discipuli inter se ut ait euange-  
lista disquererent. quis eorum esset maior in regno ce-  
lorum. vocavit parvulum et statuit eum in medio eos  
rum et dixit eis. Amen dico vobis. nisi conuersi fuer-  
itis. et efficiamini sicut parvuli. non intrabitis in reg-  
num celorum: Quicunque ergo humiliauerit se sicut  
puer iste. hic maior erit in regno celorum: Almat chri-  
stus infantiam. humiliatis magistrum. innocentie re-  
gulam. mansuetudinis formam: Almat christus in/  
fantiam que maiorum diligit mores: ad quam senum  
reducit etates et eos ad suum inclinat exemplum quos  
ad regnum sublimat eternum: Ut autem plene va-  
leamus agnoscere quomodo apprehendi possit tam  
mira confessio: et in puerilem gradum qua nobis im-  
mutatione redeundum sit. doceat nos beatus Pau-  
lus et dicat: Molite pueri effici sensibus. sed malicia

paruuli estote. Non ergo ad lubrica infantie et ad  
imperfecta nobis primordia reuertendum est sed alio  
quid quod etiam graues annos deceat. inde sumendum  
est velox commotionum transitus. catus ad pacem re  
cursus. nulla memoria offensionis. nulla cupiditas di  
gnitatis. amor socie dilectionis: equalitas naturalis  
Magnum enim bonum est nocere non posse et ad ma  
ligna non sapere. quia inferre ac referre iniuria mundi  
huius prudentia est. Nemini autem malum pro ma  
lo reddere christiane est equanimitas infantie. Ad  
hanc vos dilectissimi similitudinem paruolorum mis  
terium hodie festinatis imitat. et hanc vobis hu  
militaris formam adoratus a magis puer saluator in  
sinuat. Qui ut imitatoribus suis quid glorie para  
ret ostenderet. ortus sui tempore editos martirio con  
secravit. ut in betlehem ubi christus natus est geniti  
pueri per communionem etatis. consortes fierent pas  
sionis. Ametur ergo humilitas et omnibus a fidelis  
bus vitetur clatio. Alter alterum sibi preferat. et ne  
mo quod suum est querat. sed quod alterius ut cum  
omnibus abundauit affectus benivolentie. in nullo  
virus inueniatur inuidie. Quoniam qui se exaltat  
humiliabitur: et qui se humiliat exaltabitur. eodem ip  
so testante domino. Qui cum patre et spiritu sancto  
viuit deus per omnia secula seculorum.

## A M E N

Aliam dilectissimam et rationem solemnitatis  
hodie sepe vobis et euangelica narratio  
et obseruantie consuetudo patefecit. et neces  
se est ita nunc que intra salvatoris nostri humana pris  
mordia gesta sunt replicari et de splendore non consideris  
de magis magorumque muneribus. de scientia herodis.  
et de imperfectione infantium differamus. quia sicut nos

Carissima fratre  
et amico  
Clementi apud hunc  
admodum foecundum  
voluntate parva ponit et offert. Et ratio non dubita probanda  
et significata est quod in his verbis scriptis diffinit vbi esse dicit  
fama ut est et si medius zato qd gradit et  
obsequiis tunc non of vera et certa p. saluas certas flum  
qd flum nunc vobis credidit volui ob sczne d'ratio et p.  
ta ad uerum ne quis temere agat

12

tis et in stelle fulgore dei gratia: et in tribus viris vocatio gentium. et in rege impio crudelitas paganorum et in occisione infantium martirum cunctorum formam precesserit. Sed quia in sacratissimo die reddendum expectationi vestre est sacerdotalis sermonis officium nitamus ut possimus adiunante spiritu dei eo per intelligentie semitas peruenire. ut cognoscamus sacramentum presentis festi ad omnium fidelium tempora pertinere ut nullo modo habeatur insolitum. quod in dispensationum ordine adoratur antiquum. Quamvis ergo omnis anima christiana nihil indignum habeat de dei filii maiestate sentire: et transcenfis incipientis fidei rudimentis oporteat unum quemque ad sublimiora queque proficere necesse est tamen infirmitatem mentis humane dum verum hominem accepit christum de ipsa nature nostre communione trepidare. et per initia vel incrementa corporea ad agnitionem viuis cum patre deitatis difficulter accedere. Sed ubi inter caligantes cogitationes radius superne lucis resulserit cunctantes fiduci mores splendor veritatis abruimpat ut cor liberum et a visionibus absolum lumen intelligentie tanquam ducem stellam sequatur quia sicut apostolus ait. Dominus iesus christus in gloria est dei patris. ut quem venerabatur in cunis humiliter iacentem. ipsum sine diffidentia adoret cum patre regnante. Hec autem manifestatio dilectionis simi que hesitantium nebulas dissoluit animarum et ita facit innatescere dei filium ut de hoc quod idem est etiam hominis filius nihil patiatur obstaculi. ad presentis festi pertinet dignitatem. et vera est infantia salvatoris declaratio deitatis. quando carnis sensus ab humanis ad diuina transferetur ut quod deprimit expimatur et iuficitat erigatur signa virtutum quae tali auxilio et na-

C ii

*vegetum genit  
florilegium*

tura nostra indigebat et causa ut reparare humanum genus nec sine maiestate posset humilitas; nec sine humilitate maiestas. Nam ergo cum in singulorum fidelium prefectibus diuinorum claret mandatorum custodia impleturq; quod dictum est. sic luceat lux vestra coram hominibus ut videant opera vestra bona. et magnificent patrem vestrum qui in celis est. quis illic non presentem intelligat maiestatem; ubi veram videt apparere virtutem: que utiq; sine deo nulla est. nec proprietatem obtinet deitatis nisi spiritu sui vegetetur auctoris. Dicente enim discipulis suis domino. sine me nihil potestis facere. dubium non est honestum bona agentem ex deo habere. et effectum operis et insecum voluntatis: Unde et apostulus copiosissimus fidelium cohortator: cum timore inquit et tremore vestram salutem operamini. Deus est enim qui operatur in bonis et vellet et operari pro bona voluntate: Et hec sanctis causa est tremendi atq; metuendi: ne iplis operibus pietatis elati: deserantur ospe gratie. et remaneant in infirmitate nature: Qui autem experiri cupit an in ipso deus habitet de quo dicitur: mirabilis deus in sanctis suis. sincero examine cordis sui interiora discutiat. et sagaciter querat: qua humilitate resistat superbie:qua benivolentia obluctatur iniudie: quandoq; bonis delectetur alienis: an pro malo non cupiat malum reddere: malitq; multas obliuisci iniurias q; ymaginem et similitudinem sui conditoris amittere:qui omnes ad cognitionem sui generalibus incitat donis. pluit super iustos et iniustos et solem suum super bonos et malos oriri facit: ac ne in multis labor et sollicitate discretionis in spectio ipsam matrem virtutum omnium caritatem in secretis suementis inquirat. et sicut ea dilectionem dei et proximi toto corde intente repetit. ita ut etiam inimicis suis

15

eadem velit tribui que sibi optat impendi. quisquis hu  
iusti modi est. deum et rectorem et habitatorem sui esse  
dubiter: Quem tanto magnificentius recipit quan  
tomagis non in se sed in domino gloriatur: quoniam  
quibus dicitur regnum dei intra vos est: hic certe illius  
aguntur spiritu cuius reguntur imperio. Scientes is  
gitur dilectissimi quoniam caritas deus est qui opera  
tur omnia in omnibus. sectamini caritatem. ita ut in  
vnus caste dilectionis affectum vniuersorum fidelis  
um corda concurrant. Transcendentia nos et vana non  
occupent. constanti desiderio ad ea que sunt semper  
mansura tendamus: Sacramentum enim presentis  
festi oportet in nobis esse perpetuum quod utique sine fine ce  
lebrabitur si in omnibus actibus nostris dominus ies  
sus christus appareat: Qui cum patre et spiritu  
sancto vinit et regnat in secula seculorum

A M E M

**C**Finis huius opusculi  
**C**anno dñi. M. cccc. iii. In profecto potiani.  
E iii

(Dante R. Piffard)

Transit tractus in quo ordinatur quot dies quod  
pionis quod id est quot facienda in me quolibet  
datur et quo parte nominis vocis facienda omni  
bus iustis sine epistolis scribenda sit

annus februario marti

